



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Indicantur præcipui defectus, foedantes imaginem animæ nostræ, vt per hanc Recollectionem eorum extirpatio deinceps procuretur. Cap. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

langere faciebant: & talem statum S.P.N. Ignarius aliquot annis ante mortem assecutus est, & appellabat *deuotionem Angelicam*: eò quòd sicur Angeli deuotissimè & feruentissimè orant, sine alteratione corporis quo carent, ita illi ferui Dei, ad hunc statum euecti, orant & operantur & amant Deum, feruentissimè sine corporis alteratione & inflammatione læsiuâ. Et talem deuotionem Deus Pater dixit S. Catharinæ Senensi esse sextum genus *lachrymarum ignitarum*, quæ à vitis valde perfectis funduntur sine lachrymis oculorum.

CAPVT OCTAVVM.

Indicantur precipui defectus sedantes imaginem animæ nostræ, ut per hanc octiduanam Recollectionem eorum extirpatione deinceps curetur.

77. **C**um supradictum sit, in renouatione animæ nostræ, illam inchoandam esse ab ablutione & abrasione macularum, quibus ante hanc Collectionem obscurata & denigrata fuit; hæc ablutio post confessionem (eo modo factam, quo illam faceres, si iam iam mori deberes) tam perfecta esse debet, ne vnquam deinceps labaris, tum in illa peccata quæ in te agnosces esse cæteris maiora, tum in ea quæ tu fortè hæcenus non agnouisti esse tam grauiâ, & tam periculosa ac disponentia ad perdendam faciliè & citò gratiam Dei: uti sunt iudicio Dei & Sanctorum magnorum. Nullus enim nouum hominem, inquit B. Laurentius Iustinianus, qui secundum Deum creatus est, induere valet, nisi prius cum actibus suis expolauerit veterem.

Quod tantò magis procurandum est, quia, ut ait S. Gregorius Nyllenus, Deus qui te formauit, tale bonum, statim ita nature quasi inessentiauit, siue consubstantiauit, & incorporauit. cui enim fabricationi & constitutioni Deus suæ nature bonorum similitudine, & quasi imitamenta impressit & informauit, veluti ceram quandam sculpsit figurâ preformans & fingens. Sed vitiositas Diuinam imaginem referenti signo circumfusam, bonum turpibus velamentis obductum & occultatum, inuisile tibi fecit. Si igitur diligenti & accuratâ vitâ sordes cordis illitas & obductas, rursus ablueris, resplendet in te Diuina pulchritudo. Quemadmodum in ferro fieri solet, cum id, quod paulò antè nigrum erat, per cotem detractâ rubigine, splendores quosdam in se ad solem resurgens, & nitores edit; ita homo quoque internum, quem, cor, Dominus nominat, cum sordes rubiginosas absterferit, rursus cum originali & principali formâ, similitudinem recuperabit, ac bonus erit, nam quod boni simile, bonum prorsus est.

Nunc ergo sordes has rubiginosas peccatorum abstergendas vel abradendas in hac Octiduanâ Collectione enumerabo aliquas frequen-

tiores, tum internas, tum externas, deinceps summo conatu vitandas. Non agam hic de sordibus peccatorum mortalium, quia pro his personis hoc Opusculum scribo, qui Dei beneficio viuunt sine peccatis mortalibus, & ab iis magis quàm à diabolo abhorrent, sed de solis venialibus sordibus agam, sine quibus in hac vitâ, excepto solo Christo Domino & Beatissimâ Virgine Maria, nullus Sanctorum vixit & viuuit. Nam, ut benè scripsit S. Gregorius Papa, *Sancti viui, licet iam magnâ claritate luceant, aliquas tamen peccati nebulas, veluti quasdam noctis reliquias nolentes trahunt.* Et, ut ait S. Ioannes Apostolus, *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* in Psal. 2.

Quo loco de solis peccatis venialibus esse sermonem, benè docet S. Augustinus, & S. Thomas, & alij. Hinc nulla vnquam Congregatio, licet sanctissima, fuit in Ecclesiâ Dei, nec esse potest (seclusis extraordinariis Dei priuilegiis, quæ nulli concessa esse scimus) in quâ non fuerint multi imperfecti, tepidi, peccatis venialibus, etiam grauioribus, aliqui obnoxij: quæ Sancti magni, etiam in suis domesticis reprehendebant, & puniebant, uti apparet ex sermonibus & epistolis impressis ac vitis magnorum Sanctorum Benedicti, Bernardi, Dominici, Francis, Bonauenturæ, Petri Damiani, Laurentij Iustiniani, ut nihil dicam de antiquioribus, Basilio, Climaco, Dorotheo & alijs. Quocirca & Concilium Mileuitanum & Arausicanum & Tridentinum, contra Pelagij hæresim contrarium docentis, sanxerunt, verba illa Orationis Dominicæ: *Dimittite nobis debita nostra*, quæ quotidie dicimus, etiam à Sanctis viuentibus, non tantum ex humilitate, sed ex veritate dici, tanquam ab iis, qui peccatis venialibus sunt obnoxij. Quia, ut benè ait S. Isidorus Hispalensis, *Quamuis in hoc saculo magnâ iniustitia quisque claritate resplendeat, nunquam tamen ad purum peccatorum sordibus caret, scilicet venialium.* Et quemadmodum mali, ut inquit S. Chrysostomus, facinorosè peccant. Et non solum populus Christianus, dicit S. Cælius Arelatensis, sed etiam nullus Sanctorum à peccatis venialibus immunis esse potuit aliquando aut poterit. Quamuis verum sit viros valde perfectos rarò peccare, nunquam deliberatè, nunquam grauius, & à certis venialibus peccatis, quæ valde dedecent viros sanctos, perpetuè per Dei gratiam abstinere. Sed quia, ut ait apud Cassianum Abbas Pinuphius, in omnibus Congregationibus, examinata visa atque ad purum excogitata, reperitur in paucis: Et quia, ut Deus Pater dixit Sanctæ Catharinæ Senensi, quàm plurimi qui in Religionis nauiculâ pascuntur, sunt cum defectibus multis, & plurimi sunt in Ordine viuentes, communiter, qui neque perfecti sunt vti esse debeant, neque mali, quia preseruant animam à peccato mortali; ideo ad hos iuuandos agam, contra aliqua

in Psal. 2.
1. 10a. 1. 8.
Aug. 1. 3.
cont. 2.
ep. Pelag.
c. 3. & 11.
de nat. & gr. c. 36.
Th. 3. p. 9.
79. a. 4. ad 2.

citati hi
Pères su-
prâ n. 70.

Trid. ses.
6. c. 11.

cap. 18.

conc. 3. de
Lazaro.

h. 8.

l. 4. Instit.
cap. 40.

c. 162. dia-
log.

qua

qua peccata venialia frequentiora, ea ut videntur.

79. *Primò*, Vitanda sunt iudicia interiùs condemnantia aliorum dicta & facta, & intentiones, & omissiones, & modum procedendi domi & foris. Hec iudicia appello detractiones mentales, quæ tantò grauioribus sunt, si sunt coniunctæ cum interno contemptu personarum, sic mente condemnatarum, & cum quadam auersione ab eis, & à conuersatione cum eis, & cum displicentiâ de conuersatione aliorum cū illis, & de laudatione eorum factâ ab aliis, & cum lætitiâ etiam inuoluntariâ de non prosperis vel malis successibus rerum ad personas sic mente iudicatas & condemnatas spectantium. Pondera singula verba hic à me scripta. Agnosces enim fraudes diaboli, vel naturæ tuæ malignitatem, specie zeli testam, quæ multos inducit ad talia iudicia, contraria Euangelicæ charitatis, quæ, ut ait Apostolus, non cogitat malum. scilicet de proximo. & omnia (scilicet bona quæ dicuntur de proximo) credit, nec irritatur, etsi videat vel audiat aliqua de talibus quæ ipsi displicent, & non videntur esse bona. Cùm autem hoc solum signum Christus Dominus nobis reliquerit ad cognoscendos veros suos discipulos, hoc est, bono spiritu Euangelicæ perfectionis præditos, Si dilectionem habuerint ad inuicem; Hinc agnosces, te non esse Christi discipulum, & valde denigratam habere Dei imaginem, si soles ita mente iudicare & condemnare alios, vti supra à me dictum est. Ideò Deus Pater pro nostrâ institutione, nullum alium defectum in S. Catharinâ Senensi correxit, nisi hunc solum alios iudicandi, etsi non condemnaret temerariè nec falso, sed ex zelo defectus aliorum omnino veros; nolens, ne quidem certos & veros, & inexcusabiles aliorum defectus, mente condemnari, etiam ex instinctu zeli & amoris diuini. Quam rem sic ipsa S. Catharina existens in quodam diuino raptu expressit, & postea Dei monitu, ad posterorum instructionem dictauit, & scriptam extare voluit Orationem suam ad Deum Patrem suam: Tradidisti, inquit, mihi medicinam optabilem contra quandam occultam egritudinem, quam etiam ignorabam, nec illam agnoscebam, instruendo me. ne viliatenus ego iudicare presumam aliquam rationalem creaturam, & præcipue seruos tuos, de quibus aliquando velut ex cecitate & ignorantia, hac etiam infirmitate correpta, quia sub specie coratâ tui honoris atque salutis animarum temere iudicabam. Ideò ante mortem in suo testamento suis filiis & filiabus spiritualibus, ad cum magnâ emphasi commendauit, ut scribitur in eius vitâ: Ne vllum prorsus iudicent, nullum condemnent, quamuis viderent manifestum peccatum. Quantò magis abstinendam est à iudiciis condemnantiis rerum, quæ peccata non sunt, sed res indifferentes, quæ bene vel malè fieri possunt pro diuersitate intentionum soli Deo no-

tarum. Quocirca mirum non est, ut scribit S. Dorotheus, Nil magis auersari & abominari Deum, scilicet, quam proximum iudicare. Et ait, hoc præclarè afferre omnes Patres nostros quandoquidem nil peius, nihil deterius quam proximum iudicare consueuerunt. Et, Nil adeò pronocare Deum ad iram, nihil ita hominem spoliare, & omni præsidio ac virtute denudare, nec non ad summum discrimen adducere, ut contra proximum obloqui, ut proximum diiudicare ac condemnare. Hoc quoque ad vitandum omnium alienæ famæ denigrationem & vitæ, plurimum te mouere debet, quòd Spiritus S. alienæ vitæ & famæ detractores appellat canes; Cane, id est, vitæ, te tales, Et alibi: Foris canes, cælo eos excludens, tanquam eo indignos. Vbi Commentatores omnes per hoc canes intelligunt eos, qui alienam vitam & famam mordent, & detrahunt. Quo etiam titulo S. Bonauentura Detractores inuoluit, canibus eos comparans. Discas, inquit S. Chrysolomus, morem esse Scripturæ, quòd vitius studentes, & virtutem negligentes, hominum nomine vocare non dignetur. Quòd enim cùm in malum declinant homines, & ferus sunt irrationalium afflictionum, Diuina Scriptura illis imponit bestiarum nomina.

Meritò autem mutmuratores, & detractores famæ alienæ, canes à Spiritu Sancto appellantur.

Primò, Quia, ut ait S. Bonauentura, sicut canes libenter linguam aliena vlcera fordida & foetentia, ita denigrantes alienam famam, linguam libenter occupant, vel affingendo falsos alius defectus, vel veros narrando, & exaggerando contra charitatem, quæ operit multitudinem aliorum peccatorum, non verò tenet alius. Grauius tales perstringit S. Chrysolomus: Ferarum est verè sensus, nemine quempiam ledente iniuriam incipere, immò verò neque ferarum. Illa namque si permittas in deserto se pasceri, neque coangustans in necessitatem redegeris, nunquam ledent, nunquam impetent, nunquam mordebunt, sed propriam erantibus vitam. Tu verò cùm sis homo rationalis, tanto decoratus principatu, tanto honore & gloria circa Consanguineos, feras imitaris, & iniuriâ fratrem afficis, & detoras, & vnde poteris excusari? Non audis Paulum dicitur: Quare potius iniuriam non patimini? quare potius non priuamini! At vos iniuriam facitis, & auferitis idè, fratribus. Vides quòd malè pati, in malefaciendo est, bene verò pati in male patiendo. Dic enim, quælo, si quis Principes conuictis inflectaretur, si quis rerum Dominos afficeret iniuriâ, quem laderet, semetipsum, an illos? Planum est, quòd semetipsum. Ergo Principem quidem ledens, non illi sed sibi nocet, Christum autem contumeliâ afficiens, per illum cum contumeliam pati cogit. Nequaquam, imagines lapidibus impetens, quem lapidat, nonne semetipsum? Et postea Regi quidem terreni lapidans imaginem, se lapidibus obruit, Christi verò temerans imaginem (homo namque Dei imago) nonne semetipsum ladir?

Secundò, Detractores canibus meritò assimulantur,

lantur, quia lacerant bonum nomen & famam, & apud alios bonam existimationem lædunt suis linguis infamatoris, sicut canes qui innadunt eos quoque transeuntes, à quibus nunquam læsi fuerunt, imò ipsos amicos dominorum suorum, dum ad eorum domum humanitatis ergo veniunt, vel ante illam transeunt, aut eminus stantes cernunt.

84. Quin etiam SS. Patres detractores, *Diabolo* appellat: & lat modeste eos sic appellant, sunt enim aliquà ratione ipsi diaboli peiores alienæ famæ & existimationis bonæ detractores. Diaboli enim, teste Christo Domino, inter se concordēs sunt. Vnde nascitur, vt nullus diabolus innadat alterum, nullus detrahat alteri, condemnet facta & conatus alterius diaboli, vt faciunt maledici & inuidi detractores inuolantes in famam alienam. Et ita S. Chryostomus hom. 44. inquit, *Inuidi*, inquit, (idem autem de aliis contra charitatem vitis dici potest) *sunt peiores feru* (qua beneficiis non irritantur contra nos) *demonibus autem pares, forte verò peiores & istis.* Hi namque contra nos bellum exercent impacatum, consorsibus autem generis non insidiantur. Vnde Iudas quoque Christus os occlusit, cum eum in Belzebul eicere demonia calumniarentur. Hi verò neque naturæ communionem reueriti sunt, neque sibi pepererunt. Meritò ergo eos Spiritus S. per Apostolum Paulum appellauit, *Deo odibiles*: quamuis Deus nihil eorum oderit, qua fecit.

86. Fuge ergo omnem alienæ famæ detractio- nem, ne & tu à Spiritu Sancto habearis pro cane, & peior diabolo, relinque Deo & Superioribus iudicia de aliis, sed, vt monent Sancti, excusa ea quæ tibi videntur mala, & operi charitate Christianâ peccata aliena; quia charitas, teste Apostolo, *Non cogitat mala*, multò minus dicit, sed operit multitudinem peccatorum. Charitas, inquit S. Chryostomus, *multitudinem peccatorum tegit, inimicitia autem etiam ea que non sunt suspicatur.* Beati qui etiam vera aliena peccata sic te- gunt. Nam, vt dixit Abbas Pastor, *Quacun- que hora prodiderimus culpas Fratrum, & Deus nostras similiter proderit.* In quem sensum de re simili dis- crentis Senecæ dictum potest aptari: *Dabit penas alteri* (scilicet Deo. lædens famam tuam) *quas debet tibi: & iam sibi dedit, qui peccauit.* Maior enim est pena peccasse, quàm ob peccata, pœnam mereri vel subire.

88. *Secundò*, vitanda est interna negligentia in repellendis imaginationibus & cogitationibus impuris, turpia obiecta vel peccata, siue propria, vel aliena repræsentantibus. Per has enim negligentias non subito reiectas, sed neglectas, multi, etiam antea sancti, imò innocentes, iacturam fecerunt Diuinæ gratiæ, & in grauissima scelera & scandalosa prolapsi sunt, & plerique eorum in statu peccati mortalis mortui, ad pœnas æternas inferni luendas, sunt à diuinâ iustitia detruſi. Sciunt hoc, qui alienas conscien-

tias diu direxerunt. Hunc abigendarum tenta- tionum modum proponebat Monachus S. Apollonius Abbas: *Docerat enim eos, vt quotidie proficerent in virtutibus, insidiasq; diaboli, quas per cogitationes inferret hominibus, in iniitiis statim retunderent. sic enim aiebat: Confringetur caput serpentis, & omne eius corpus emortuum reddetur. Ob id enim mandat nobis Deus obseruare caput serpentis, vt omnino statim ab iniitiis, nec recipiamus quidem malas & fordidas cogitationes in corde nostro. Quantò ergo magis dif- fundi non conuenit in sensibus nostris cogitationum phantasias, quas etiam iniitiis recipi videntur? Quod non tantum intelligendum est, de vehementibus & valdè fordidis cogitationibus, sed de minimis quoque & leuissimis in materiâ venerâ. Omnem turpem concupiscentiam ac voluptatem carnalem etiam minimam detestare, inquit Ammon Abbas apud S. Ephrem. Nam, vt scribit S. Macarius, *Licet aqua modica rapidi fluminis illudat parieti, corrumpit fundamentum parietis, & hortum ingre- diens, extirpat omnes plantas: ita cor hominis quod non caret cogitationibus inhonestis, que insistant cordi tanquam vitiorum fluij, volentes illud diruere. Itaque si leuis fuerit paululum animus, & labatur in cogitationes impuras & spiritus erroris pabulum acceperunt, & ingressi euertunt que illic splendebant.**

Tertiò, vitanda est exterior denigratio famæ alienæ, tum ea quæ fit per detractio- nem, qua bona apud alios opinio minuitur (siue de doctrinâ, siue de virtute, siue de spiritu, siue de prudentiâ alterius) tum ea quæ fit per murmuratio- nem per quam etsi ob bonitatem audientium, vel ob notam murmurantis malignitatem, eius dictis non creditur, tamen à murmurante siue veri, siue ficti, siue non ficti, sed falsi defectus alicuius narrantur, qui possent ingenere malam de altero, sic à murmurante descripto, opinionem, & auersionem ab eo. Quod malum quia valdè commune est, & valdè periculofum, idèd contra illud sæpè ago & agam, etiam iterando dicta à me in aliis Opusculis (quia non omnes legent omnia mea Opuscula) & vt omnibus reddam exosum hoc vitium, vt ab illo tanquam à colubro sinui se ingerente, confestim fugiant, & illud excutiant.

Grauiſſimum malum est, denigrare siue doctrinam, siue virtutem, siue spiritum alterius, siue alia coram altero, ad quem non spectat emendatio morum alienorum: (vti spectat ad Superiores) non est vllum vitium ex iis in quæ frequentius Religiosi etiam labuntur, quod ad eòd vti hoc, perstringunt SS. PP. *Proditores quidam sunt*, inquit S. Bernardus, *quicunque in hoc Domini castrum* (scilicet Domum Religiosam) *inimicos eius introducere moluntur, quales sunt vtique detractores, Deo odibiles.* (sic enim appellantur ab Apostolo Rom. 1. 30.) *Qui discordias seminant, nutriunt scandala inter fratres. Sicut enim in pace factus est locus Domini, sic in discordiâ locum fieri diabolo, manifestum est. Non miremini, Fratres: si durius loqui videar.*

Ruff. l. 1. c. 7. Vit. PP. Pall. in Laus. cap. 31.

paran. num. 3. h. 43.

89.

90. Eccl.

deat. quia veritas neminem palpat. Omnino perditore
se nouerit. si qui forte (quod absit) vitia qualibet in hac
domum conatur inducere, & templum Dei facere spe-
luncam demoniorum &c. Quibus ergo prodicorem
Castri huius putas exponendum esse supplicium non vitæ,
communi ceterorum more damnabitur, exquisitis il-
lum necesse est interire tormentis. Et alio in loco: Non
veniat anima mea in consilio detrahentium, quoniam
Deus odit eos, dicente Apostolo: Detractores Deo odi-
biles. Quam sententiam Deus ipse loquens in psalmo
audi quomodo affirmat: Detrahentem, inquit, secreto
proximo suo, hunc persequer. Nec mirum, cum id præ-
cipue vitium charitatem, que Deus est, & quidem ce-
teris acrius, impugnare & persequi cognoscatur.
Quemadmodum vos quoque potestis aduerrere. Omnis
qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum
charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi
ut is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum
ipsi, apud quos detrahit: Ferit ergo charitatem in om-
nibus qui se audiunt, linguam maledicam: & quantum
in se est, necat funditus & extinguit. Non solum au-
dientem, sed & in absentibus vniuersis, ad quos volans
verbum, forte per eos qui presentes sunt peruenire con-
tingit. Vides quam facile & in breue ingentem multi-
tudinem animarum velociter currens sermo tæbe mali-
tia huius insicere possit: Propterea dicit de talibus Pro-
pheticus Spiritus: Quorum os maledictione & amari-
tudine plenum est: Veloces pedes eorum ad effundendum
sanguinem. Vtique tam veloces, quam velociter currit
sermo. Vnus est qui loquitur, & vnum tantum verbum
profert, & tamen illud vnum verbum, vno in momen-
to, multitudinis audientium dum aures insicit, animas
interficat. Cor siquidem selle luoris amarum, per lin-
guam instrumentum, spargere nisi amara non potest, di-
cente Domino: Ex abundantia cordis os loquitur. Et
sunt species pestis huius, dum alij quidem nudè atque
irreuerenter, vti in buccam venerit, virus euomant de-
tractionis: Alij autem qui simulata verecundia suo
conceptam malitiam, quam retinere non possunt, ad-
umbrare conantur. Videas alta præmitti suspiria, sic-
que quadam cum grauitate & tarditate, vultu mesto,
demissis supercilij, & voce plangenti, egredi maledi-
ctionem, & quidem tanto persuasibiliorem, quanto cre-
dis ab his qui audiunt, corde inuito, & magis condolen-
tis affectu, quam malitiosè proferri. Doleo, inquit, vehe-
menter, pro eo quod diligo eum satis, & nunquam po-
tuit de hac re corrigere eum. Et alius: Mihi quidem, ait,
benè compertum fuerat de illo istud, sed per me nunquam
innotuisset; at quoniam per alterum patefacta res est,
veritatem negare non possum, dolens dico, reuera ita est.
Et addit: Grande damnum. Nam alias quidem in plu-
ribus valet, ceterum in hac parte (ut verum fateamur)
excusari minimè potest. Et alio in loco: Detractionis
lingua est viperæ, & lancea acutissima, qua tres pene-
trat statu vno: & illius percutiens conscientiam, & istius
vulnerans charitatem; secumq; pariter verumque pe-
rimis &c. Nec verò huiusmodi linguam ipso etiam
mucrone, quo Dominicum latus confossum est, crudelio-
rem, dicere verearis. Fodit enim hac quoque Christi
Corpus, & membrum de membro, nec iam exanime fo-

dit, sed facit exanime fodiendo. Ipsis quoque nocentior
est spinis, quas illi tam sublimi capiti fortior militaris
imposuit. Sed & clavis ferreis, quos sanctissimis mani-
bus illis & pedibus consummatio iudaica iniquitatis
infixit. Nisi enim huius qui nunc pungitur & transfo-
ditur corporis sui vitam, illius vita corporis prætulisset,
(scilicet eius cui alter detrahit) nunquam illud pro
isto mortis iniuria, crucis ignominia tradidisset. Et B.
Laurentius Iustinianus, Impium, inquit, procul du-
bio est, oblocutionibus intendere, & rabido ore absen-
tium lacerare vitam. Detrahit, spirituale homici-
dium est. Quod enim in corpore materialis agit gladius,
hoc in animam detrahentium perficit lingua. O quam
frequenter in cordibus murmur audientium proximo-
rum, que optimè vigeat in Christo, extincta est fama
&c. Consequitur hoc vitium etiam vigeri in bonis, atque
sub zeli specie, iugiter captiuare improvidos. Innumeri
sunt, qui potius in alijs, quam in se zelare diuinum ho-
norem videntur. Zelum Dei habent huiusmodi, sed non
secundum scientiam. Rectus autem & commendabilis
zeli iste est ordo, ut quisque prius se, deinde corripiat
ceteros.

Merito ergo Spiritus S. dixit: Abominatio est Proverb.
hominum detractor. Hinc S. Ioannes Climacus 24-9.
narrat, Abbatem quandam expulisse detracto-
rem è Monasterio, & misisse eum ad catce-
rem, dicendo, Non magis decere demonem visi-
bilem, id est, detractorem, quam inuisibilem stare in
Monasterio.

Plus S. Franciscus, alioqui mitissimus, &
commiseratione plenus, etiam erga bestias, ut
scribit S. Bonauentura in eius vita, Detractionis
vitium, inimicum fonti pietatis & gratie, tanquam
serpentinum abhorrebat morsum & atrocissimam pes-
tem, & pissimo Deo abominabile fore firmabat, pro
eo, quod detractor animarum sanguine pasitur, quas
gladio lingua necat. Nonnumquam eum qui fratrem
suum fame gloria spoliaret, indicabat habitu spoliand-
um, nec ad Dominum oculos posse leuare, nisi prius
quod abstulerat reddere pro posse curaret. Tantoq; ma-
iorem esse aiebat detractorum impietatem, quam latro-
num, quando lex Christi, que in obseruantia pietatis
impletur, magis animarum quam corporum nos ad-
stringit optare salutem. Pondera singula verba mi-
tissimi Sancti, adeo detractiones improbantis.

Hinc & S. Basil. & eum qui detrahit, & qui aus-
cultat, exterminandos esse à societate reliquorū censebat.
Da ergo operam, ne talium sis è numero, & ui. 6.
talium conuersationem vita. Est quippe detractor,
inquit B. Iustinianus, mortifera sagitta emissæ de
pharetrâ Satane ad perdendas animas. Merito dixit, mon. con.
detractores perdere animas: tum quia, ut dixit cap. 15.
Abbas Hyperichius: Sicut susurrans serpens ad Vit. P.P.
Euam, de paradiso eiecit eam, sic qui proximo suo oblo-
quitur, audientis se animam perdit: tum quia saepe
numero perdunt proprias animas peccando
mortaliter.

Quod ut intelligatur, notanda est commu-
nis omnium Theologorum, nullo discrepante,
doctrina, ipsi lumini naturali conformis, doc-
cen-

9.
f. 24. in
Cant.
Rom. 1.
30.
Pf. 100.

Psal. 13.

Luc. 6.

92.
f. de tripl.
custod.

93.
de vitâ
foli. c. 4.

94.
c. 8.

95.
Reg. bre.
ui. 6.

96.
de discipl.
& perf.
mon. con.
cap. 15.
L. f. libel.
4. n. 52.

97.

prà dictâ narratione seu detractione) licet non sit intentum, nec praesum directè, peccatum aggravat: hoc est, facit mortale, quod aliàs esset veniale, si ex venialibus peccatis alterius narratis, non secuta fuisset notabilis infamia illius, & alia notabilia nocumenta, supra commemorata.

Nec secundo, excusantur à peccato mortali, talibus modo suprâdicto detrahentes, eò quod sic læsi non turbentur, nec irascantur detractionibus suis, & se lædi, habeant pro beneficio, quia nec Christus Dominus, nec SS. Martyres, nec alij servi Dei turbabantur aut irascebantur, sed amabant inimicos suos; hi tamen non ob id excusabantur à peccatis mortalibus. Vt enim S. Thomas 1. 2. q. 78. a. 9. ad 1. dicit: *Quid virtuosus non turbetur, contingit ex eius bonitate, quæ non diminuit peccatum iniuriantis: quia ille qui infert iniuriam virtuosus, quantum est in se, turbat eum & interius & exterius.*

Quocirca ne perdas animam tuam per peccatum mortale, spiritualiter necans animam, abstine ab omni detractione etiam in materiâ peccatorum venialium, ne quando minus putas, etiam ea ascribendo alteri, graviter ei noceas.

Atque hoc ipso Motivo vsum sanctæ memoriæ P. N. Generalem Claudium Aquatium memini me audivisse Romæ in quâdam Exhortatione magno cum fervore disserentem contra vitia linguæ, & dixisse, consultorès esse à se doctissimos in Societate nostra Theologos; Respondisse, nulla aliâ in te facilius in Societate posse Deum peccatis mortalibus offendi, quam talium materia sermonum. Cum autem S. Chrysostomus libr. 1. de compunctione, & S. Thomas 2. 2. q. 73. a. 2. ad 2.

dicant, *Paucos esse, vel nullos, qui non sint detractionibus dicendus obnoxij, tanto magis laborandum est tibi, ne tu hoc vniuersali vitio labores, sed nil de alio vili æquali dicas, quod nolles dici de te, vel de carissimo tibi amico; quod difficile non erit, si omnes, vt Deus iubet, sicut te ipsum amaveris; & si in vno quòque iuxta præscriptum Regulæ 29. Summarij, Christi personam consideraveris, qui dixit: Quod vni ex meis minimis fecistis, mihi fecistis. Et, Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Et, si tuos defectus tantum, & magis quàm alienos censuraveris; iuxta consilium Abbatis Silois: Frater interrogavit Abbatem Pastorem, dicens: Perturbatio mihi fit & volo derelinquere locum istum, & dicit ei Senex: Pro quâ causa? Et ille dixit: Quia audio verba de quodam fratre, quæ me non edificam. Et dicit ei Senex: Non sunt vera quæ audisti. Et dixit ei: Etiam, Pater vera sunt: Nã frater qui dixit mihi, fidelis est. Et respondens dixit: Non est fidelis, qui tibi dixit: Nam si esset fidelis, nequam disceret tibi talia. Deus autem audiens vocem Sodomorum non credidit; nisi descenderet videre oculis suis.*

Pp.

suis.

8. Th. 2. 2. q. 73. a. 1. & q. 74. a. 1. & q. 75. a. 1. & q. 76. a. 1. & q. 77. a. 1. & q. 78. a. 1. & q. 79. a. 1. & q. 80. a. 1. & q. 81. a. 1. & q. 82. a. 1. & q. 83. a. 1. & q. 84. a. 1. & q. 85. a. 1. & q. 86. a. 1. & q. 87. a. 1. & q. 88. a. 1. & q. 89. a. 1. & q. 90. a. 1. & q. 91. a. 1. & q. 92. a. 1. & q. 93. a. 1. & q. 94. a. 1. & q. 95. a. 1. & q. 96. a. 1. & q. 97. a. 1. & q. 98. a. 1. & q. 99. a. 1. & q. 100. a. 1.

Idem est fornicatio vel adulterium, sit mortale peccatum, non peccates mortaliter, si diceres, non intendendo graviter in nocere, esse commissum ab aliquo, qui de talibus peccatis glorietur, & ducit sibi honori, si sit & habeatur pro dedito luxuriæ peccatis: at mortaliter peccares, si de honestâ matrona, vel Religiosa personâ habitâ pro bonâ & spirituali & castâ, diceres alteri, quod sit dedita veniali alicui lascivitiæ, vel quod soleat mentiri, aut aliquid aliud veniale peccatum committere, vel quippiam aliud siue ad doctrinam, siue ad doctes naturales, prudentiam aut alios gubernandi, vel cum aliis procedendi in conversatione, vel spiritu, modum, si inquam, ex tali narratione de aliquo, minueretur notabiliter æstimatio, seu bona opinio de illius virtute, vel spiritu, vel doctrinâ, vel prudentiâ, vel talentis gubernandi, aut aliâ re simili; & multò magis si ex hac malâ opinione de aliquo, causata ex tali narratione seu detractione, aliis redderet exorsus notabiliter, ita vt propter hoc noliat cum eo conuersari, ab illo regi, vel dirigi, cum ipso viuere, illi subesse, sed potius eius conuersationem declinare, vel fugere, vel aliâ ab eo auertere, & illi adherentes vitare, certissimò peccates mortaliter: si ex venialibus defectibus, aut tantum naturalibus, aliquis aliis ita redderetur exorsus: & multò magis, si ipse ob talem sui infamiationem notabiliter confunderetur, & non auerteret comparere, factus, vt dicitur, fabula aliorum. Idem S. Chrysostomus, Confusionem fratris causatam vel operatam, ait esse eade graviozem. Et adhuc multò magis, si aliquis ob talem diffamationem creditam ab aliis, iudicaretur ineptus ad Officia Religionis, vel Republicæ primaria, quæ aliàs obiuat cum laude, vel satem sine Maiorum vituperatione, & adhuc multò magis, si esset persona aliàs habitâ pro personâ magnæ virtutis vel doctrinæ vel prudentiæ. Quia, vt ait S. Thomas 1. 2. q. 27. a. 9. in corp. *Peccatum sit grauius ex hoc, quod peccatur in personam magis Deo coniunctam, vel ratione officij, vel ratione virtutis.*

Nec valet excusatio dicentium, se non intendisse nocere tali personæ; Quia, vt S. Thomas in eadem quest. a. 8. cum omnibus Theologis docet, si nocumentum per se sequatur (ex su-

99. h. 44. ad pop. col. 1.

100.

101.

102.

Matth.

25. 40.

Zach. 2. 8.

Vir. Pp.

L. 5. libel.

10 n. 37.

Roiv. p.

600. n. 37.

Gen. 18.

21.

Sua. Et ille dixit: Et ego vidi oculis meis. Hac audiens Senex. respexit in terram, & tenuit parvam festucam, & dicit ei: Quid est haec? Et ille respondit. Festuca est. Iterum intendit Senex ad rectum cellae, & dicit ei: Quid est hoc? Respondit ille: Trabs est, quae portat rectum. Et dicit ei Senex: Pone in corde tuo, quia peccata tua sunt sicut trabs haec, illius autem Fratris, de quo loqueris, velut haec parva festuca. Quod audiens Abbas Sifon dicit: Abbas Pastor, velut pretiosus lapis, ita verba tua gratia & gloria plena sunt.

104.

Quarto, vitandus est aspectus curiosus, etiam momentaneus, feminatum, in illis occasionibus, in quibus nullo modo est tibi necessarius, tum quia id Deus in sacra Scriptura nobis prescripsit, tum quia Sancti illum vitarunt summo studio, tum quia innumeri per hanc curiositatem fecerunt iacturam gratiae & amicitiae Dei & propriae salutis.

epist. ad monach.

Ideo Spiritus sanctus Eccl. 9. 5. monet: Virginitatem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Cur? Quia, ut ait B. Macarius, facies mulieris, sagitta est truculenta, insiguit vulnus in animam. Et quidem, inquit S. Chrysostomus libr. 6. de Sacerd. cap. 8. Animam ferit, & commouet, non impudica tantum, sed pudica quoque mulieris oculus.

de glori. Confess. cap. 26.

Quocirca S. Simeon Stylita Antiochenus, ut scribit S. Gregorius Turonensis, Nullam vquam mulierem, post conversionem, oculis intentis aspexit: postquam verò columna editoris se, sanctitate feruens inuexit, non modo extranea mulieri, verum etiam nec propria matri se videndum permisit: De S. Francisco scribit S. Bonaventura, eum nullam mulierem cognouisse in facie. Non enim securum putabat earum formatum mirorsus haurire imagines, quae possunt aut indomita carnis excitare igniculum, aut pudicae mentis maculare nitorem.

c. 5. vit.

P. Noster Bernardinus Realinus, & P. Ludovicus de Ponte, & Alphonsus Rodriguez, etsi hic fuerit lanitor ferè per 40. annos continuos, nullam feminam de facie nouerat, & cum semel indeliberatè altius attollebat oculos, casu feminae vultum aspexisset, etsi statim faciem auertisset, valde ob eam rem à Beatissima Virgine Maria reprehensus fuit, ut scribitur in eius vita, l. 1. c. 18.

Poly. l. 10. Flor. l. 2. cap. 6.

Quin & meliores Ethnici huius modestiae praeclara reliquerunt pudicitiae exempla. Scipio Romanus cum Hispanicam Carthaginem iam cepisset, captinas puellas praecipuae pulchritudinis barbaris restituit, nec in conspectum quidem suum passus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur. Alexander magnus victo Dario, eius uxorem, eximia forma feminam, nec aspiciere voluit. Et ad Parmenionem scribens: Ego, inquit, non solum non vidi inueniar Darij uxorem, aut videre cogitasse, sed nec verba facientes de eius forma audire sustinuisse. Transfiguratur enim cor, ex inordinato oculorum aspectu, inquit B. Laurentius Iustinianus: Vidit homo se-

105. de vitâ fol. c. 7.

cundum cor Dei mulierem, atque immodico exarsescens amore, voluptatis passione prostratus, homicidium pariter & adulterium perpetrare non timuit. Hoc modo plurimos ad grauissima lapsos scelera, nimis frequens multorum experientia fidem facit. Ideo iterum Spiritus S. monet: Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam.

Eccl. 9.

Quinto, vitanda est tibi conuersatio cum iis, quos expertus es, tibi malis consiliis nocuisse, vel auocando te à bonis operibus, vel aliena bona facta coram te improbando & irridendo, vel inducendo te ad violandas Regulas, etiam minimas quae in Religiosis dycolis notari, & à Superioribus puniri solent.

106.

Hoc est antiquum monitum à Spiritu S. saepius in sacris literis datum: Fili mi, si te laudauerint peccatores, ne acquiescas eis, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Et alibi: Distingue ab iniquo, & deficiet mala abs te. Et iterum: Omnis homo simili sui sociabitur, si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator infuso. Modicum enim fermentum, inquit Apollolus, totam massam corrumpit. Et, Denunciamus vobis, Fratres, in nomine Domini Nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante. Quis autem dubitat, eum inordinatè ambulare, qui Regulas & Ordinationes non seruat, idque passim, & ea non facit quae ordinem domesticum & disciplinam concernunt? Quin & Ethnici hoc suadent: Serpunt enim, inquit Seneca, vitia, & in primum quemque transiunt, & contactu nocent. Pr in pestilentia cauendum, ne corruptis iam corporibus & morbo flagrantibus asideamus, quia periculum trahimus, afflatuq, ipso laborabimus; ita in amicorum legendis ingenis opera danda est, ut quam minime inquinatos assumamus, quia initium morbi est, agris sanamiscere.

Prou. 10.

Eccl. 10.

Eccl. 7. 2.

Eccl. 13.

1. Cor. 5.

2. Thess. 1. 20.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

1. 2. 6.

& profectum in virtutibus pertinent, primo loco præscribit, vt abiciatur omni communicatio per verba & scripta cum is, qui in proposito sibi instituto inopes cendi causa esse possunt, & vt in via spirituali incedendo, cum is dumtaxat personis, & is de rebus agant, que iuuent in Diuino obsequio ad id consequendum, quod in ingressu Societatis sibi vt scopum præsegebant, scilicet perfectionem, quam impossibile est assequi, conuersando cum violantibus sæpè & deliberatè Regulas, cum loquentibus de nugis & rebus ore Religioso indignis, & bona aliorum facta carpentibus vel iridentibus. R. di, inquit S. Ioannes Climacus, malignari à malis didicisse, atque admiratus sum, quomodo proprietates naturæ atque priuilegum tam citò amittere potuerunt: sed non mirum, quia, vt ait S. Dionysius Areopagita, Fieri non potest, vt is qui cum vno aliquid commercij habuit, diuisas distinctasq; vitas habeat, si modò firmam vnus communionem obtineat. Sumuntur enim, inquit Seneca, à conuersatione mores, & vt quadam in contactu corporis vitia transiunt, (scilicet scabies, lepra, & similia) ita animus mala sua proximo tradit. Nec est quod tuæ fidas virtuti, quia, vt scribit S. Isidorus Pelusiota, Quid rupe durus, quid aqua mollius fingi potest, & quidem aqua guttula: & tamen assiduitas naturam vincit. Quod si natura, que egre dimoueri potest, dimouetur, idq; quod minime habebat perpetitur, quâ tandem ratione voluntas, que facile mouetur, à consuetudine non vincatur & enertatur: Et quamuis non semper noceat statim talium conuersatio, tamen, vt prudenter obseruauit Seneca, Etiam si non statim officit, femina tamen in animo relinquit, sequiturq; nos, etiam cum ab illis discessimus, resurrectorum postea malum. Imbuta enim mens prauis consilijs & dictaminibus, à Religioso spiritu alienis, studia mortificationis, modestiæ, colloquutionum spiritualium, obseruantia Regularum impetentibus, habet illa perniciosa femina, ex quibus pullulant & violationes Regularum, & Christianæ charitatis, & alia peccata. In talibus enim conuersationibus (vt peritus rerum scribit B. Laurentius Iustinianus) solent inermiseri vaniloquia, scurrilitates, detractiones, & effrenati risus, per que mens distrahitur, compunctio dissoluitur, gratia suberabitur, proximus malè adificatur, conscientia obtenebratur, atque pretiosissimum tempus inutiliter consumitur. Tales spatiosi desiderant, iocis delectantur, noua semper audire & videre appetunt, & aliorum negotia percunctari sedulâ curiositate non cessant. Frigentes autem in amore Christi, omne opus bonum tepidè derident, & quia ignorant qua Dei sunt, carnem spiritui subigere non curant. Et quoniam interiora solatia non habent, carere exterioribus non patiuntur. Nec aduertunt huiusmodi, quod tantò vehementius interius infirmantur in spiritu, quantò magis exterioribus pacantur, & quodam hydropis morbo laborantes, quod auidius labilem huius vitæ delectationem hauriunt, eò acrius ipsam sitire coguntur. Et quamuis nullum esset periculum aliud ex tali

conuersatione, tamen vt S. Isidorus Pelusiota ^{l. 3. ep. 124.} ta monuit, Prouidendum est, ne quidem existimemur ea facere, que facere turpe est, nec eos, qui ea faciunt in familiarium ac necessariorum numero habeamus. Metuenda sunt enim vituperationes, etiam si falsæ sint, quandoquidem plerique veritatis ignari, ad famam oculos coniciunt, atque vnumquemque talem esse indicant, quales eos esse conspiciunt, qui cum eo conuersantur, non à rebus dumtaxat, sed etiam ab is qui cum eo consuetudinem habent, calculum ferentes.

Non curandum autem est, quòd multi sint tales, & pauci spirituales: His te adiunge: bona est ista singularitas, quam commendat S. Augustinus: Perit, inquit, hæc multiplicitas, & singularitas tenetur in sanctis: singulares ergo & simplices, id est, secreti à multitudine ac turbâ nascuntur rerum ac morientium, amatores æternitatis & vnitatis esse debemus, si vni Deo & Domino nostro cupimus inherere,

Quæ autem vitanda sint in conuersatione cum spiritualibus personis dicam infra. ^{c. 19. n. 228.}

Verùm, si maneat inter malos seculares, aliofite, tunc noli erabescere Euangelium, & Sæctum Noë imitare, qui viuens in medio secleratorum, vitam duxit sanctam, & mirum in modum commendatam à Deo, ab improborum conuersatione diuersam. Hinc illud eius encomium Moyfi dictatum diuinitus legitur: ^{107. Gen. 6. 8.} Noë inuenit gratiam coram Domino, vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Quamuis omnis terra corruerat viam suam super terram. Quod ponderans S. Chryostomus, pulchrè discurre, & armat nos ad omnes humanos despiciendos respectus, & ad malos, nostris bonis exemplis & consilijs, ad vitæ melioris rationem inducendos: Hinc, inquit, discimus, quòd si sobrii fuerimus, (hoc est, nobis inuigilantes, hac enim phrasi S. Doctor id explicat sæpè) & non desides, non solum nihil nobis nocet inter malos versari & misceri, sed & multò nos faciet virtutum studiosiores. Nam ideo benignus Deus sic dispensauit, vt simul essent boni & mali, quòd malorum subneruaretur malicia, bonorumq; virtus clarior elucesceret, & desides à studiosorum (id est, meliorum) consuetudine plurima cõmoda lucrifacerent, modo vellent. Cogita hic, obsecro, quante virtutis fuerit ille iustus Noë, quomodo in tantâ multitudine, qua multo impetu in mala ruebat, solus ipse diuersa ambulauit via, virtutem anteponeus malicia, neque enim aliorum cõsensu & tanta frequentia reddebat eum segniorem ad virtutis iter: sed iam prius implebat, quod B. Moyses olim dicturus erat: Non eris cum pluribus in malicia: ^{Exo. 23. 2.} Et quod magis admirabile, multos habebat, imò omnes, qui ad malum & ad praua opera cohortabantur, & nullus erat qui ad bonum induceret: tanta illi erat spontanea strenuitas, vt viam diuersam à vulgari, quâ omnis multitudo inambulabat, iret: & neq; timeret, & neque vereretur prauorum conspirationem. Neque illi tale quid euenit, quale verisimile est ignauis accidere, qui

qui si quando viderint multos conspirare simul, hoc velamen & hanc occasionem suae ignaviae praetexunt, & dicunt: Cur ego novum quippiam & singulare praeter illos omnes facturus sum? aduersarius tanta multitudinis, & cum tanto populo bellum suscepturus? Nunquid illis omnibus ego sum admirabilior? qua utilitas foret tantarum inimicitiarum, quod commodum tantis odij: nihil talium inuicium cogitabat, neque animo versabat: sed hoc quod postea à Prophetâ dictum, prius ipse implebat: Melior est vnus faciens voluntatem Domini, quam innumeri prauaricatores. Num societas inquit, multitudinis ad malum raentis & simul rapiens, à cruciati me eripiet: Sciebat enim, sciebat liquido, quod pro sua quisque salute rationem reddiduri sunt, neque vnquam fieri ut alio peccante alius poenam sustineat (in alterâ vitâ) vel retributionem sortiatur. Et idcirco iustus quasi scintilla in medio mari versans, non solum non extinctus est, sed quotidie in fulgidiore luce prodibat, omnes suis operibus docens &c. Sis & tu talis scintilla. Ne finas te plurimum non bonis exemplo opprimi: si enim sic perseueraris in medio dycolorum, spiritali modo viuens, fulgebis instar multiplicis solis in perpetuas aeternitates in oculis Dei & Sanctorum, sustine & expecta, veniens veniet ille, & non tardabit, qui reddit vnique iuxta opera sua, & nunc in conscientia tua, postea in puncto mortis dicet tibi: Quia non erubisti me coram hominibus, ne ego erubescam te coram Patre meo caelesti, & coram Angelis eius. Veni dilecte mi, veni, accipe regnum paratum tibi ante tempora saecularia. Interim dum displicebis dycolis, noli curare. Nam in tanto quis Omnipotenti Deo, se placuisse

Eccli. 16. 4.

1.3. ep. 36.

108.

de casto conu. c. 21. col. 7.

de cardin. oper. Christi. de baptis. mo. proem. in Regulas.

Eph. 4. 30.

existimet, ut ait S. Gregorius Papa, quando se peruersis hominibus displicuisse cognoscit.

Sexto, vitanda est tibi consuetudo peccandi internè & externè venialiter cum plenâ deliberatione, ita, ne deinceps vnquam deliberatâ voluntate Deum offendas vilo veniali peccato, sed (cum sine peccato aliquo hæc vita duci non possit) sint omnia tua peccata ex merâ fragilitate & subreptione commissa, aut ignorantia non crassa. Valdè enim dedecet hominem spirituales offendere Deum deliberatè.

Indignum prorsus, inquit B. Laurentius Iustinianus, & à ratione alienum est, ut anima voluntariè delinquens, (id est deliberatè) & propriam non agnoscens deformitatem, copuletur Verbo Dei & caelesti sponso. Cur? Respondet S. Cyprianus: Non pertinet ad te, Domine, nec de tuis est, qui te non diligit: nec diligit te, qui te scienter offendit, hoc est, deliberatè, agnoscendo se aliquid malè facturum, & non cessando à tali opere vel sermone. Quis est filius, inquit S. Basilius, qui propositâ ipsi parentis gratiâ, cum in rebus illi maioribus obsequatur, in iis qua leuioris momenti sunt, prudens, (hoc est, sciens, & agnoscens malum se offerens) ipsum velit offendere? ac non multò magis verborum Apostoli, illorum meminerit, Nolite contristare Spiritum Sanctum, in quo obsegnati estis: Quo in

loco Apostolus recenset etiam venialia peccata, & nominatim ponit sermonem non edificatum, & clamor.

Nec videri debet impossibile abstinere ab omni deliberato peccato, quia contrarium experientia docet in multis Dei seruis. Noster frater Ioannes Berchmans nunquam in Societate deliberatè peccauit. P. Ludouicus de Ponte per vltimos 20. suæ vitæ annos, nunquam deliberatè vllum peccatum veniale commisit, & voto se obstrinxerat illud eo modo nunquam committendi. Cardinalis Bellarminus totâ vitâ suâ, nunquam se deliberatè peccasse, quidam Sacerdoti dixit, non multò ante mortem, ut in vitis eorum scribitur. Possumus ergo & nos Dei gratiâ adiuti, ei cooperando, à similibus abstinere peccatis. Illi enim, qui abstinerunt ab iis, non erant naturæ à nostrâ diuerse, nec in feliciore statu collocati. Omnes quippe, ut ait S. Gregorius Nazianzenus, ex eadem terrâ & massa coagmentati sumus, eandem vitæ arborem (in primis parentibus) gustauimus. Sicut autem illi, eodem vitio originali infecti, Diuinæ gratiæ & suæ cooperationis pennis euolarunt ad exclusionem omnium deliberatè commissorum peccatorum, & animæ preservationem ab illis, ita & nos, similibus freti præsidij, hoc ipsum præstare poterimus. Sicut enim, inquit S. h. 60. in Chrysothomus, qui de sensibili thesauro sepe v. Gencl. nam gemmam recipit, magnas sibi parat diuitias, & hic, ita iussorum virtutes (modò attendere voluerimus) tantam nobis utilitatem adferre possunt, ut ad imitandum eos incitemur, sic enim poterimus & nos eundem, quem illi, suauorem Dei consequi. Neque enim personarum acceptor est Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est ei: ita, ut si voluerimus, nihil sit quod prohibeat, quin tantâ vel etiam maiori potiamur gratiâ.

1097

Vita col. rum.

Apol. ad. coldem.

h. 60. in

Gencl.

v. Gencl.

111. or. de d. m. ment. bus.

110.

lib. 1. de Cain & Abel. c. 9. Pl. 108. 7.

lib. 1. de Cain & Abel. c. 6. h. 62. in Matth.

111.

111. animæ

anima verò facile parabilis & impendio carens. Et carnis quidem natura multo cum labore ab infestissimis liberatur vulneribus: Etenim ferrum sæpe & amara medicamina adhibere necessarium est: in anima verò nihil est tale. sed tantum velle & liberè sufficit. & omnia correcta sunt. Et hoc fuit opus Dei providentia, quoniam ex corporis imbecillitate non multum fieri nocumentum potest. Nam si etiam non aegrotemus, mors superueniens ipsum corrumpet, & omnino dissoluet. Totum verò nobis in animi sanitate situm est &c. Quam igitur excusationem habebimus? quam veniam: cum corporis quidem (ubi argentum erogatur, & medici accersantur, & multus dolor sustinetur) tantam geramus curam, præcipuè cum non magnum nobis damnum ex illius aegritudine proveniat; animam verò contemnimus, & hoc cum nec argentum erogare, nec alios perturbare, neque dolores sustinere debemus, sed absque his omnibus, eligendo tantum & volendo, omnem ipsius correctionem facere possumus, & optime sciamus?

Danda igitur est opera, ut strenuè defectus hos, sedantes valde animam nostram; ab eâ excludamus, qui præter alia mala, valde obfuscant intellectum nostrum, ne clarè agnoscamus, quid nobis faciendum sit, quidve fugiendum, unde cæco quodam modo in viâ Dei incedimus, semper hærentes in luto imperfectionum nostrarum, quia illarum fæditatem non agnoscimus, & ad vitæ sanctimoniam non progredimur, nec eius desiderio tenemur, depravatam habentes gustum ab iisdem imperfectionibus & peccatis. Quemadmodum enim, ut ait S. Gregorius Nyssenus, ubi acrior aliquis fluxus visum spiritum turbauerit, corpore oculis iucundior ac gratior caligo est, propter crassitudinis cum tenebris cognitionem; sed si per curationem aliquam discussum ac dissipatum fuerit, id quod spiritum turbauerat, rursus lux si pura ac lucida pupilla immisceatur, amica & commoda fit: eodem modo, quandoquidem in modum fluxus per fraudem aduersarij, in visum ac speculativam animi vitiositas affluxit, sponte sua ratio ad tenebrifam & obscuram vitam per morbum caligini conciliata declinavit ac denegavit. Quicunque enim mala agit, odit lucem, ut Divina vox ait: Malo autem ex rebus universis euacuato & ad nihilum iterum redacto, demum cum voluptate natura lucem contuetur, ubi id quod animi puritatem turbidam reddebat, è medio excesserit.

CAPVT NONVM.

Excitandum in Octidvana Recollectione & quotidianis meditationibus ardens virtutum desiderium, & aliquot ex illis recensentur, peculiari modo querenda.

113. Quoniam verò altera conditio renouandæ nostræ animæ imaginis est, reddere eam

Deo quàm simillimam, excitandus est animus in omnibus meditationibus nostris ad ardens desiderium omnis virtutis. Qui virtutem amant, 1.3. epist. inquit S. Ildorus Pelusiota, ac sapientia studio tenentur inexplebili quadam cupiditate flagrantes. Diuinam hanc faciem in animis suis excitare minimè intermittunt, hoc quidem pro serio opere, alia autem omnia pro rebus leuioris operæ ducentes. Ac propterea parua esse videntur, quæ alij magna & ampla existimant: atque ea de quibus alij digladiantur risui habent, & quæ alij suscipiunt, pedibus proculcant, calescit, sola expetunt. Cum igitur ad huiusmodi chororum nomen tuum adscribere in animum induxeris (scribit Strategio monacho) æquum profectò fuerit, te in somnem animæ oculum conseruare, nimirum, ad attendendum studio virtutum.

Siquidem supra vidimus, nos Deo reddi similes per virtutes, quas S. Gregorius Nyssenus appellat, viros colores, quibus in nobis natua Dei forma exprimitur. Virtutes porro per desiderium earum ardens & efficax accersuntur. Is enim Domini nostri mos est, inquit S. Chrysostomus, ut quoties videt animam aliquam multo desiderio promptitudinè, intenta spiritualibus insistentem, liberaliter illam gratiâ & opulentis donis suis locupletet. Merito ergo B. Laurentius dixit, ad perfectionis fastigium virtutum desiderio impellente perungi: in ipso enim prorogatur gratia, dimicandi subsistit peritia, additur robur, aduersariorum debilitantur vires, virtus augetur, spe erigitur animus, patentiq; celestia virtutis, præcedente ac concomitante concupiscentia, sancti naturam vicerunt, superauerunt demones, debellarunt mundum, subegerunt seipso, diripuerunt caelum, imitatores facti sunt Dei. Virtutum desiderium præcellit miraculorum operationem, prophetia donum, linguarum genera, interpretationem sermonum, sanitarum gratiam, cognitionem celestium, naturalium scientiam. Multi talibus ornati perierunt, virtutibus autem nemo. Semper virtutum desiderio munitus incedat qui caelorum conatur dirigere regnum. Hinc S. Gregorius Nazianzenus, primo post Dei auxilium loco, ponit desiderium, causam sui profectus. Ita demum, inquit, progrediebamur Deo & cupiditate aduersoribus viuentes.

Quocirca de eodem desiderio disserens S. Bern. ait: Magnum bonum querere Deum, ego hoc nulli in bonis anima secundum existimo. Primum in donis, vltimum in profectibus est. Virtutum nulli accedit, cedit nulli. Cui accedat, quam nulla præcedit: cui præcedat, quæ omnium magis consummatio est? Quæ enim virtus ascribi possit non querenti Deum, aut quis terminus querenti Deum: non pedum passibus, sed desiderijs queritur Deus. Et vti que non exstundit desiderium sanctum felix inuentio, sed extendit. Oleum magis est illi, nam ipsum flamma est.

Et ita experientia docet, omnibus illis, quos Deus non repentè, sed per decursum temporis, ad magnam sanctitatem euehit, prius illis indidisse ardentissimum desiderium virtutis, quod tamen per nostram cooperationem his modis acquiritur: